

DOminus vobíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. **R.** Glóri-a ti-bi Dómine.**I**

-n illo témpore: Cum sero esset di-e illo, una sabbatórum, et fores

essent clausæ, ubi erant discípu-li congregá-ti propter metum Judæ-órum:

venit Jesus, et ste-tit in médi-o, et dix-it e-is: Pax vo-bis. Et cum hoc

di-xísset, osténdit e-is manus et la-tus. Gaví-si sunt ergo discípu-li, vi-so

Dómino. Di-xit ergo e-is í-terum: Pax vo-bis. Sicut mi-sit me Pater, et ego

mitto vos. Hæc cum di-xísset, insufflavit: et di-xit e-is: Accí-pi-te Spí-ri-tum

Sanctum: quorum remi-sé-ri-tis peccá-ta, remittúntur e-is: et quorum

re-tinu-é-ri-tis, reténta sunt. Thomas autem unus ex du-ódecim, qui dí-ci-tur

Dídymus, non erat cum e-is, quando venit Je-sus. Dixérunt ergo e-i á-li-i

discípu-li: Ví-dimus Dómínum. Ille autem di-xit e-is: Ni-si vídero in mánibus

e-jus fixúram clavórum, et mittam dí-gi-tum me-um in locum clavórum, et

mittam manum me-am in latus e-jus, non cre-dam. Et post di-es octo,

í-terum erant discípu-li e-jus intus, et Thomas cum e- is. Venit Jesus

jánu-is clausis, et ste-tit in médi-o, et di-xit: Pax vo-bis. De-índe di-cit

Thomæ: Infer dí-gi-tum tu-um huc, et vide manus me-as, et affer manum

tu-am, et mitte in latus me-um: et no-li esse incrédu-lus, sed fidé-lis.

Respóndit Thomas, et di-xit e-i: Dóminus me-us, et De-us me-us. Di-xit

e-i Jesus: Qui-a vi-dísti me, Thoma, credi-dísti: be-á-ti, qui non vidérunt,

et credidé-runt. Multa quidem et á-li-a signa fecit Jesus in conspéctu

discipu-lórum su-órum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem

scripta sunt, ut credá-tis, qui-a Jesus est Christus Fí-li-us De-i: et ut

credéntes, vi-tam habe-á-tis in nómine e-jus.

